Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Biblia Latina - Cod. Aug. perg. 154

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Liber Paralipomenon: prologus

urn:nbn:de:bsz:31-42065

Visual Library

chaldei, et transtulerunt es eorum in babylonem.
Ollas quoque et cacabos et trullas et tridentes
et scyphos et mortariola, et omnia vasa
aerea in quibus ministrabant tulerunt. Necnon
thuribula et fialas. Quae aurea, aurea,
et quae argentea, argentea, tulit princeps
militiae. Itemque columpnas duas, mare
unum, et bases quas fecerat Salomon in templo
domini. Non erat pondus aeris omnium vasorum.
Decem et octo cubitos altitudinis habebat
columpna una, et capitellum aereum super
se altitudinis trium cubitorum, et retiaculum
et malogranata super capitellum columpnae,
omnia aerea. Similem et columpna secunda habebat
ornatum. Tulit quoque princeps militiae Saraiam
sacerdotem primum, et Sophoniam sa-
cerdotem secundum, et tres ianitores, et de ci-
vitate eunuchum unum qui erat praefectus super
viros bellatores, et quinque viros de his qui
steterant coram rege, quos reperit in civitate,
et Sopher principem exercitus qui probabat
tyrones de populo terrae, et sexaginta viros e vulgo
qui inventi fuerant in civitate. Quos tollens Na-
buzardan princeps militum duxit ad
regem Babylonis in Reblatha. Percussitque
eos rex Babylonis, et interfecit in Re-
blatha in terra Emath. Et translatus est Iuda
de terra sua. Populo autem qui relictus erat in
terra Iuda, quem dimiserat Nabuchodonosor rex
Babylonis, praefecit Godoliam filium
Ahicam filii Saphan. Quod cum audissent
omnes duces militum, ipsi et viri qui erant cum
eis, videlicet quod constituisset rex Babylo-
nis Godoliam, venerunt ad Godoliam
in Masphath: Ismahel filius Nathaniae,
et Iohannan filius Caree, et Saraia filius
Thanehumeth Netophathites, et Ie-
chonias filius Maachathi, ipsi et socii

eorum. Iuravitque eis Godolias et sociis
eorum dicens: Nolite timere servire Chal-
deis. Manete in terra et servite regi Ba-
bylonis, et bene erit vobis. Factum est autem
in mense septimo, venit Ismahel filius
Nathaniae filii Elisama de semine re-
gio, et decem viri cum eo, percusseruntque Godo-
liam, qui mortuus est, sed et Iudaeos et Chaldaeos
qui erant cum eo in Masphath. Consurgens autem omnis populus a parvo
usque ad magnum et principes militum ve-
nerunt in Aegyptum, timentes Chaldaeos. Fa-
ctum est vero in anno tricesimo septimo transmigratio-
nis Ioachin regis Iudae, mense duodecimo, vice-
sima septima die mensis, sublevavit E-
vilmerodach rex Babylonis, anno
quo regnare coeperat, caput Ioachin re-
gis Iuda de carcere. Et locutus est ei beni-
gne. Et posuit thronum eius super thronum
regum qui erant cum eo in Babylone.
Et mutavit vestes eius quas habuerat
in carcere. Et comedebat panem semper
in conspectu eius cunctis diebus vitae suae.
Annonam quoque constituit ei absque in-
termissione, quae et dabatur ei a rege
per singulos dies, omnibus diebus vitae suae.
Explicit liber Regum IIII. Incipit prologus in
Paralipomenon.
Si septuaginta
interpretum pu-
ra et ut ab eis
in graecum versa
editio permane-
ret, superflue
me, Chromati episcoporum sanctissime atque
doctissime, impelleres ut hebrea vo-
lumina latino sermone transferrem.
Quod enim semel aures hominum occupa-

uerat · 7 nascentis ecclie roboraue
rat fidem · iustum erat etiam nos si
lentio ꝯparari. Nunc uo cum pro uarietate
te regionum diuersa ferantur exemplaria
& germana illa antiqua translatio
corrupta sit atque uiolata · nostri arbi
trii putas aut e pluribus iudicare quod
uerum sit · aut nouum opus in ueteri ope
re condere illudentibus que iudeis cornicum
ut dicitur oculos ꝯfigere. Alexandria & egip
tus in lxx suis esichium laudat
auctorem ꝯstantinopolis usque anthi
ochiam luciani martiris exempla
ria probat. Medie inter has prouincie
palestinos codices legunt quos ab
origene elaboratos eusebius & pam
philus uulgauerunt · totus que orbis hac
inter se trifaria uarietate ꝯpugnat.
Et certe origenes non solum exempla ꝯpo
suit · iiii editionum e regione singula
uerba describens · ut unus dissentiens
statim ceteris inter se ꝯsentientibus ar
guatur · sed quod maioris audacie est
in editione lxx theodotionis editionem
miscuit asteriscis designans quod minus
fuerit · 7 uirgulis que ex superfluo uide
bantur apposita. Si igitur aliis licuit non te
nere quod semel susceperant · 7 post lxx
cellulas que uulgo sine auctore iactantur
singulas cellulas aperuere · hi que in eccle
siis legunt quod lxx nescierunt · cur me
non suscipiant latini mei qui inuiolata
editione ueteri ita nouam ꝯdidi
ut laborem meum hebreis 7 quod his
maius est apostolis auctoribus probem. Scrip
si nuper librum de optimo genere interpreta
di · ostendens illa de euangelio · Ex egipto
uocaui filium meum · 7 quoniam nazareus

uocabitur · 7 uidebunt in quem ꝯpunxerunt
7 illud apostoli · que oculus non uidit nec auris au
diuit · nec in cor hominis ascenderunt que prepa
rauit deus diligentibus se · cetera que his si
milia in hebreorum libris inueniri. Cer
te apostoli 7 euangeliste lxx interpretes nouant
Et unde eis hec dicere que in lxx non reperiuntur
non habentur. Xpistus deus noster utriusque testamenti
conditor in euangelio secundum iohannem · qui cre
dit inquit in me · sicut dicit scriptura · flu
mina de uentre eius fluent aque uiue.
Utique scriptum est quod saluator scriptum
esse testatur. Ubi scriptum est. Lxx non
habent apocrifa nescit ecclesia. Ad hebreos
igitur reuertendum est unde 7 dominus loquitur · 7 disci
puli exempla presumunt. Hec pace ue
terum loquor · 7 obtrectatoribus meis
tantum respondeo · qui canino dente me rodunt
in publico detrahentes · legunt in angulis
iidem 7 accusatores 7 defensores · cum
in aliis probent quod in me reprobant · qui
uirtutem 7 uitium non in rebus sit · sed cum auc
tore mutetur. Ceterum memini editionem
lxx translatorum olim de greco emenda
tam tribuisse me nostris · nec inimicum debere
estimari eorum quos in conuentu fratrum semper
edissero. Et quod nunc dabreiamin
idest uerba dierum interpretatus sum
idcirco feci · ut inextricabiles mo
ras 7 sillabas nominum que scriptorum
ꝯfusa est uitio · sensuum que barbari
em apertius 7 per uersuum cola dige
rerem · michimet ipsi 7 meis iuxta
ysmenium canens si aures sur
de sunt ceterorum.
Explicit prologus. Incipit liber
dabreiamin · idest uerba dierum
I